



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **D. A. Tractatus De Privilegiis Ecclesiae**

**Zanchi, Lelio**

**Veronae, M. D. LXXXVI.**

Tertium Priuilegium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61627)

- 4 Ecclesia deus debet esse libera.
- 5 Ecclesiasticus iudex potest cogere fundatores capelle in ecclesia dotare & talis obligatio transit in hæredes.

Tertium Privilegium.



**E**CCLESIA gaudet privilegio, quod debet dotari, nam quodlibet aliud edificium non dotatur, in hoc enim † ecclesia est privilegiata dote, ut ex ea valeat sustentari, glo. in cap. secundum canonicam 23. q. 8. † fallit tamen in ecclesia mendicantium, & in Monasterijs, quæ habent redditus, cap. 1. de censu. sed in qua quantitate debeat dotari videri potest, per prædictam gl. allegatam in qua habetur † differentia inter agrum, & mansum: nam ager appellatur ubi est hortus ecclesiæ. Mansus est locus ex quo colligitur frumentum, & vinum, ideo de manso ecclesia dotari debet, ut valeat conficere eucharistiam, ut extra de censu. capit. sancitum est, & ita tenet Abb. in d. capitulo primo, de censibus. dos est necessaria pro sustentatione ministri. † Ecclesiæ autem dos debet esse libera ab omni servitute, per alienationem, not. Inno. Host. Io. And. in cap. 1. de censu. hoc enim privilegium habet, quod alicui non competit, † fundantes igitur capellas, vel ecclesias, cogi possunt per iudicem ecclesiasticum ipsas dotare, & ista obligatio transit in hæredem, nec debet agi contra tales fundantes multum severe, quia talis obligatio venit ex mera liberalitate, Abb. in cap. cum sicut, nu. 4. de consecr. eccl. vel alt.

S V M M A R I V M.

- 1 Ecclesia postquam fuerit edificata debet consecrari.
- 2 Papa concedit pluribus episcopis, ut possint simplices sacerdotes reconciliare ecclesiam.
- 3 Aqua exorcizata potest fieri per simplicem sacerdotem.
- 4 Consecratio potest fieri in tempore tam festivo quam non.
- 5 Ecclesia iam consecrata aliquando reconsecranda.
- 6 Iteratum non dicitur, quod nescitur factum.
- 7 Ecclesia non consecrata habet privilegium ut consecrata.

Quar-